



h3



h 326, 20.

Vc  
3722

Fundamenta  
&  
RATIONES  
*Cur*  
REGEM  
FERDINAN-  
DV. M

Boëmi, Moravi, Silesij  
& Lusatij

agnoscere non potuerint.

\* \* \* \*

\* \* \*

ANNO M. DC. xIx.





**D**LVRIMI HOC NOSTRO SE-  
culo gravitentur admiratione:  
cur inclutum Bohemiae Regnum,  
unà cum insertis Provincijs Mo-  
raviae, Silesiae, Lusatiae superioris  
& inferioris, Regem FERDINANDVM  
antea Electum, & in Regia Pragensium se-  
de solenni solitoq; rita coronatum nequa-  
quam recipere, neq; eidem sese subijcere vola-  
erit.

Verum si rationum momenta ē verita-  
tis arce deducta, omni affectuum concepto-  
rum prejudicio abjecto, cognoverint: facile in  
toto hoc negotio mirari desinent: & manibus  
pedibusq; in Boëmorum, Moravorum, Sile-  
siorum ac Lusatiorum sententiam descen-  
dent.

Principiò autem cautē diligenterq; tenen-  
dum est: Regnum Bohemiae à multis retro se-  
culis,

culis, his uti fruiq; sanctionibus ac privilegijs: ut nimirū liberam, omnibusq; impedimentis solutam REGIS ac Domini sui habeat electionem: quod é Boëmorum Chronicis, é multis Bullis Cæsareis, é literis Regum reversalibus, é vetustatis exemplis plurimis, alijsq; documentis certissimis perspicuum est ac manifestum.

Per liberam hanc electionem in Comitijs generalibus institutam haudquaquam, sed per media plane illegitima, per artes Mercurialium vnguentarias & per inventiones in Regum electionibus omnino novas, & antea inauditas atq; inusitatas BOHEMIAE Regnum REX FERDINANDUS intrare voluit: nempe per Adoptionem: quā ad Naturæ similitudinem!, Sacratissimi Imperatoris quondam MATTHIAE filius esse debuit FERDINANDUS: & simul in Regno Bohemiae certissimus successor.

Hoc nē, Lector benignissime, est esse REGEM per media ordinaria, per Regni & provinci-

vinciarum privilegia, per exempla priora,  
per statuta, vulgata publicâ consuetudine  
recepta?

Atq; ut cō certius Rex F E R D I N A N D U S i n s e q u e n t i b u s a n n o r . d e c u r s i b u s liberam  
E l e c t i o n e m Boëmiae Regno & adnexis pro-  
vincijs eriperet : Religionem Evangelicam  
radicitus erueret : legesq; fundamentales  
verteret & extirparet : cum Hispanor. Rege  
Catholicissimo occultis machinationibus, sine  
Statuum in Boëmiae Regno notitiâ, sine eo-  
rundem consensu, & voluntate, pacta in lu-  
culentam consonantiam erexit : per qua, Re-  
gni & provinciarum privilegia, Electionis li-  
bertatem, immò jus Boëmorum omne explo-  
dere voluit: inq; ijs assensu suo comprobavit:  
ut Hispanorum Rex aliquando unâ cum suis  
heredibus totâq; posteritate ( sublatâ Ferdi-  
nandi Regis linea masculâ mortalitatis lege )  
in Regno Boëmiae, hereditario jure, succe-  
deret.

Hoc factum quam sit atrox, quam horren-

dum, quam abominandum, is facile dijudicare potest: cui vel saltim è longinquo absolutus Hispanorum dominatus est cognitus: quo nostrates aliquando ex inestimabili libertatis campo in perpetua servitutis pistrinum, ex lucidissimo Evangelice Religionis jubare in traditionum humanarum tenebras, ex Privilegiorum vireto amoenissimo in Hispanica inquisitionis paludem cum periculo conscientiarum & jacturâ animarum conijcerentur: Familia Germanica è Regio Cesareoq; sanguine ortū originemq; ducentes jugo intolerabili subijcerentur: Electoratus Regno Boëmia adsignatus, extraneo Principi pateret, immò & Corona sceptrumq; Romani Imperij: hocq; modo aurea bullæ fundamenta penitus euerterentur.

Quid jam censes, Lector benignissime? an né hic in utramq; aurem dormiendum fuit Boëmis? mussitandum Moravis? tacendum Silesijs? obticendum Lusatijs? Nonne recte laudabiliterq; fecerunt omnes? quod populum CHRISTIANI nominis uniuersum; & postrita-

ritatem totam divino cincti munimine ex imaginariâ Hereditate illâ Austriacâ, conjuges liberosq; nostros ex acerbissimâ Hispanorum vexatione, templa atq; delubra, hanc pulcerrinam carissimamq; patriam omnium nostrum ex fædissimâ servitute, totam Boemiam ex cæde misera, bellorum incendio ac vastitate horribili eripere sint conati.

Verum posito, nequaquam autem concesso, Regem FERDINANDUM vigore privilegiorum, viâ ordinaria, & per omnes Regni Status, ac provinciarum Ordines, Proceres ac unanimi suffragiorum consensu esse electum, solenniter coronatum, & homagio præstito confirmatum: quod tamen sub certâ conditione & eventuali promissione factum est: quemadmodum exjuramenti & Regiarum reversalium formulâ cuivis videre licet: tamen Rex FERDINANDUS post Electionem & Coronationem ita sese gessit: ut jam Coronâ Boemorum Regia sit planè indignus.

Quemadmodum enim inter Regem & Regnico-

gnicolas, adeoq; inter Magistratum & subdi-  
tos evidens est relatio & reciproca obligatio:  
ut si ex parte unâ debeatur fidelitas & obedi-  
entia, & ex parte alterâ necessariò requiratur  
dictorum constantia & defensio: ita specia-  
tim & expressè Rex FERDINANDUS pro-  
misit: sc Regiam sceptrum gratâ memoria ac-  
cepturum: sc Regiam gratiam omnibus pro cu-  
iusq; conditione ac placito exhibitum: sc  
propensionem illam Regnicularum in se gra-  
tiosissimè repensaturum esse.

Hic verò quid facto ipso Rex Ferdinan-  
dus præstitit? Bellum Religionis causâ in Boë-  
miâ cæptum suis & consilijs & armis summo  
conatu promovit: vivo adhuc IMPERATO-  
RE exercitum suum e Stiria vocavit: transi-  
tū promilitibus suis in conventu Statū Mor-  
avicorum generali ipse postulavit, & impe-  
travit: Statūs in Boëmiâ Evangelicos eodem  
in conventu Rebelles nominavit: seq; ibidem  
apertissimum hostem Evangelicorum statuum  
in Boëmiâ declaravit.

Post

Post IMPERATORIS MATTHIAE  
obitum Rex FERDINANDUS nondum  
cessavit: sed plenis buccis ad arma conclama-  
vit: omnem militem jurisjurandi religione  
sibi obstrinxit: apud exterros Principes Roma-  
næ Religioni addictos auxiliatrices copias sum-  
mo studio, diligentiaq; summâ quæsivit: pro  
gratiâ Regiâ Statibus Boëmorum Evangelici-  
cis omne odium, crudelitatem omnem, o-  
mnem sævitiā, Tyrannidem, omnē, magis quā  
barbaricam aut Turcicam exhibuit illisq; o-  
mnib. extremum excidium minatus est.

Quando literæ Regi reversales volunt: ut  
Rex FERDINANDUS vivo IMPERA-  
TORE MATTHIA à gubernatione o-  
mni abstineat: tūm Rex FERDINANDUS  
regimini se præfecit: consiliorum Præsidem-  
se constituit: omnia consilia direxit: CAESA-  
RIS decisiones & decreta, suo pro arbitrio,  
correxit: ad bellum provehendum omnia me-  
dia adhibuit: Militibus & supremo militiæ  
præfecto Br̄covio quid faciendum, quid-

B

ve

bdi-  
tio:  
edi-  
atur  
pro-  
ac-  
ocu-  
:sc  
a-  
n-  
Boë-  
mmo  
ATO-  
ransi-  
Mo-  
ape-  
odem  
lem  
tuum  
Post

ve omittendum demandavit: & contra datam fidem se, ut Regem ac Dominum, & M P E R A T O R E adhuc vivente, in re omni gessit.

Quando literæ Regis reversales omnium privilegiorum confirmationem requirunt: tūm Rex FERDINANDUS in eo unice laboravit: ut Privilegia omnia, per pacta cum HISPANORUM Rege erecta, per bella in hunc usq; diem armis proprijs & alienis protracta, per asscurationis media semper denegata, funditus everteret.

Si igitur Rex FERDINANDUS post coronationem hæc omnia singulis momentis cogitavit, hæc omnia peregit, hæc omnia factò ipso præsttit: manifestissimum est & alterum caput in literis Reversalibus: subditos nimirum in Boëmiæ Regno & adnexis Provincijs hoc casu, & rebus sic stantibus ad nullam fidelitatem, obedientiam nullam, nullam deniq; obsequij constantiam esse obligatos aut obstrictos.

Neq;

da-  
M-  
mni  
m  
tum  
ora-  
m  
a  
enis  
de-  
t co-  
s co-  
acto  
rum  
imi-  
cijs  
fide-  
niq  
oh-  
Veq  
Neq; juramento Rex FERDIN ANDUS suo  
satis fecit: quod Statibus in Bohemiâ, & ita  
consequenter etiam adnexis provincijs solen-  
niter præsttit: sed illud multis varijsq; modis  
violavit.

Nam quando juramentum REGEM aper-  
tè adstringit: ut Regionum omnium liberta-  
tes immunitates & priuilegia defendat: tūm  
Rex FERDIN ANDUS omnia privilegia,  
liberam Regis electionem confirmantia euer-  
tere voluit: immò in Religionis negotio & li-  
terarum Majestaticarum sanctione securita-  
tem nullam præsttit; neque unquam præstan-  
dam cogitavit.

Quando vigore juramenti REX Regno  
detrahere plane nihil debuit: tūm Rex FER-  
DIN ANDUS per pacia Hispanica sèpius  
nominata Boëmia regno non partem aliquam  
abstulit: sed integrum regnum cum adnexis  
provincijs linea Hispanica, suâ decedente, o-  
mninò tradidit: cum tamen regula Politico-  
rum omnium sit indubitata & certissima:

nullum Regem in Regno libere electio, sine notitiâ ac consensu Regionum aut Statuum quicquam alienando peragere posse: aut si clam cum Regionum prejudicio & periculo quicquam peregerit: Regem coronâ, sceptro, gubernatione sine ullo dubio excidisse.

Quando Rex FERDINANDUS in juramento suo promisit: se Boëmia regnum amplificaturū aucturumq;: tûm ille flamma, ferro alijsq; maximis bellorum difficultatibus terras hascè affixit: magnam Boëmia & Moravia partem sine ullâ causâ legitimâ devastavit, & nullo crudelitatis genere prætermisso in solitudinem rededit: immò Regiones omnes militaribus di- reptionibus et deprædationibus liberas exposuit.

Quando Rex FERDINANDUS fidem dedit: se aucturum omnia, quæ ad Regni honorem, dignitatem, ac prosperitatem sint factura: tûm ille Boëmia statûs Rebellionis accusavit: eosq; magis, quam Turcico aut barbarico odio prosequutus est: & quidem, antequam rerum Boëmicarum moderamina caperet: antequam sa-

cra-

cratiS. fmpreator MATTHIAS è vivis dece-  
deret: antequam vel minimum in se offensionis  
parat& crimen posset demonstrare.

Ex quibus omnibus clarum perspicuumq; fit  
considerantibus: Regem FERDINANDUM pro-  
pterea, quod juramento suo, suoq; promisso uti  
quidem debuit non Regiè responderit, Boëmo-  
rū Coronâ sceptroq; semetipsum fecisse indignū.

Quod & inde necessariò sequitur: quando  
juramenta & reversalia sub certis quibusdam  
conditionibus præstantur: à Rege verò sic, uti  
decet, non adimplentur: sed plurima, ut jam in  
superioribus monstratum est, contra ea tentan-  
tur & peraguntur: tūm & subditos non am-  
plius esse obligatos: cùm tutò liceat ab obligatio-  
ne recedere, ubi conditio non adimpleatur.

Testimonium h̄ic perhibere potest nūc  
vetustatis ac veritatis, quæ est Historia: ex qua  
liquidò constabit: quando Reges pacta & jura-  
menta violarunt: tūm & subditos à fide datā  
atq; obedientiâ debitâ sine ullâ perjurij infami-  
aq; notâ recessisse: quod fecerunt Sueci, Poloni,  
Galli, Angli, Scoti, Dani, Belgæ, Helvetij; im-

moꝝ ipsi Bohemi: cum Sacratissimus Imperator RUDOLPHUS II. Passavenses milites Pragam deduxisset: neqꝫ tanta incendia, deprædationes tantas, tāta latrocinia, facinora bellorū tanta, tantaqꝫ damna ut jam FERDINANDUS Rex fecit, Boëmia Regno intulisset.

Nihil hīc dicemus de jure ipso: quo cātum concessumqꝫ est: ut, si pars una à pactis recedat, & altera abijsdem licetē recedere possit.

Et quoniam Rex FERDINANDUS, ut in superioribus sufficientissimè expositū est, ipsis partis, juramento suo, suisqꝫ reversalibus sese planè contrarium exhibuerit: ideoqꝫ & subditi ē suis partibus non amplius sunt obligati.

Si vero in eiusmodi casib⁹ saltem subditi essent obligati, & dominus nequaquam: profecto juramentum esset summum summae iniquitatis ac injuria vinculum.

Quandoquidem igitur Rex FERDINANDUS hec omnia rationis magisterio non subjecit: sed infideles, malitiosos & iniquos consultores, itemqꝫ execrabilis diabolicosqꝫ Iesuitas in maiori pretio & aestimatione habuit: quam tot fideles

les constantesq; subditos: qui pro honore et glo-  
riâ REGUM in Bohemiâ sanguinem, vitam, fa-  
mam, fortunasq; omnes liberalissimè exposue-  
runt & profuderunt: qui tot serijs obsecratio-  
nibus, tot subjectissimis obtestationibus, tot hu-  
milimis admonitionibus; qui tot Electorū, tot  
Principum, tot confœderatarū, Regionum in-  
tercessionibus & interpositionibus plane nihil  
impetrare potuerunt: ideoq; & subditis illis  
nihil iniqui nunc poterit imputari.

Neq; Boëmia & Statūs eā ob causam in reprehē-  
sionis notā incurrit: quod apud FERDINAN-  
DUM amicabilem compositionem non rogave-  
rint: aut, quam inter regnum ipsum & adne-  
xas provincias erexerunt, confœderationem  
FERDINANDO Regi confirmādam debito mo-  
donon obtulerint: utrūq; certè fuisset frustra-  
neum.

Nam primò conventiones ac compositiones  
quaetamen in confœderationis articulis nobis o-  
mninò sunt prohibita, itemq; responsionum pro-  
tractiones, Statūs Regni & Provinciales tam  
diu detinuissent & retardassent: donec à par-  
tibus

era-  
Pra-  
eda-  
orū  
DUS  
tum  
dat,  
  
i su-  
pa-  
pla-  
ti e  
  
diti  
rofe-  
qui-  
  
DUS  
: sed  
s, i-  
ajo-  
fide-  
les



tibus Regis agmina militaria exterarum nationum cohortibus aucta & roborata, exercitui Boëmico ad hostes debellando omnem occasionem commoditatem praecidissent: nostrates milites vi, armis, & dolo oppressissent & profligassent: tandemq; quod in votis optatisq; jam dudū habuerunt, nos omnes, liberos nostros, atq; posteritatem totā & terño servitutis iugo subjecissent: cum præsertim in his miserrimis persecutionum angustijs nulla fides pietasq; amplius apparuerit.

Deinde Regiones nullam plane spem, nullāq; securitatem habuissent: Regem FERDINANDUM confœderationis articulos, jam sæpe nomi-  
natos, confirmare voluisse aut potuisse.

Et quod noluerit, aut etiam non potuerit hoc præstare, docent horribiles persecutions, exilia & ejectiones: quas in Stiria exercevit contra omnes Evangelicos: quos Religionis odio plane inextinguibili è Rebus publicis exclusit, disstraxit, segregavit: quos crudelissimis proscriptionibus patria, aris focisq; expulit: quos deniq; carceribus, vinculis, compedibus alijsq; tormentum

torum generibus ad necem usq; maccravit.

Probat hoc juramentum Regis FERDINANDI in regiminis paterni exordio præstitum: quo se ser religiose obstrinxit ad Evagelicos omni co-namine extirpandos.

Ostendit illud ipsum aurei velleris juramen-tum: quod ad hæreticorum eradicationē, et Ca-tholicae Pontificiaq; religionis exaltationem provchendam unumquemq; adigit.

Fdq; meridianā luce est indè clarius: quod Rex FERDINANDUS totius orbis portæta et Regno-rum omnium pestes Iesuitas, ubiq; terrarū pro-scriptos in sinu quasi foveat: eosq; cum pessimis illis consultoribus secum semper habeat: à qui-bus hæc omnia incommoda & calamitates pu-blicæ ortum incrementumq; sumserunt: immò qui adhuc manibus pedibusq; eò laborant: ut Regiones hascè ad interitum extremamq; per-niciem deducant.

Neq; in his omnibus Rex FERDINAN-DUS

dus acquievit : sed tanto ardore, tam effusè,  
tamq; immoderatis affectibus Iesuitas com-  
plexus: ut etiam societati & ordini Iesuita-  
rum (sicuti constans fama est ) sese submiserit:  
sinc Hispanorum Regis, aliorumq; Principum  
Catholicorum assensu & arbitrio hac in causâ  
compositioni amicabili plane nihil tribuere,  
sed vi summa, manuq; armatâ Rex esse, & per  
crudeles machinationes, per bellicam seviti-  
am, per incendia, per lanienas, per direptio-  
nes & provinciarum devastations regnan-  
di initia facere voluerit.

Hinc Cæsarius quidam Consiliarius in pre-  
sentiâ Legati cuiusdam Electoris hæc verba  
in medium protulit: domum Austriacam sine  
domîs Hispanie & primogenituram, habentis  
consensu & voluntate nihil in Romano Im-  
perio, nihil in ipsis Regnis, nihil deniq; in  
provincijs peragere; alijsve concedere posse.

Sed & propter Romani Pontificis futuram

excom-

excommunicationem Rex F E R D I N A N D U S confederationis articulos adprobare aut confirmare non potuit.

In tantas enim angustias redactus est Rex F E R D I N A N D U S : ut sine Sdencone Adalberto de Poppel, supremo antea in Regno Bohemiae Cancellario, sine Legato Hispanico, & sine nuncio Papali nihil planè proponere, nulla consilia inire , nihil certi in rebus peragendis concludere, nihil deniq; facto ipso perfice-re potuerit.

Nunquam igitur Rex F E R D I N A N D U S confederationis articulos confirmasset : aut si hoc verbis, diplomatibus membranaceis & appenso sigillo vel etiam maximo fecisset : nunquam tamen eosdem bonâ fide & in rei veritate observasset.

Ideoq; Status Regni & Provinciarum non ad Regis F E R D I N A N D I promissa lubrica, sed ad supremum illud & cælesti au-

xilium cogitata sua direxerunt: & in testimoniūm hīc adducere voluerunt conscientiam illasam & illibatam, animor. integritatem, & causę totius justitiam atq; bonitatem: hac spē freti certissimā: D E U M Opt. Max. pro verbis sui veritate potentissimam manum suam contra omnes Ecclesiarum Evangelicarum hostes, & Christiani sanguinis viros extensurum: eisq; in medio Tyrannidis ac crudelitatis cursu cum aeterno conscientiar. suarum morsu horribili, nisi resipuerint, eradicaturum esse.

Fidem Status in summam exspectationem optimamq; cogitationem adducuntur: Principes Evangelicos in hac causa justissimā & quissimāq; pro virib. omnib. vigilaturos, Regnum Bohemie & adnexas Provincias defensuros, pressosq; omnes ex hac turbā turbulentā & rerum confusione educturos esse: quod & Regem noviter electum, Serenissimum & Potentissimum Principem ac Domum,

minum, Dn. FRIDERICUM V. Rheni Pa-  
latinum, Sacri Romani Imperij Archidapife-  
rum & Electorem, Ducem Bavariae, Comi-  
tem Veldentiae & Spanheimij &c. operose  
facturum esse quilibet firmâ animi assensione  
sperat: & interno cordis motu affectuq; sin-  
cero preoptat: ut novum hoc regimen tendat  
ad divini Numinis ac nominis laudem et glo-  
riam, Evangelicæ veritatis propagationem,  
Ecclesiæ Christianæ incrementum et emolu-  
mentum, tandemq; ad Regionum ha-  
rum stabilem ac perpetuam  
tranquillitatem.

\* \* \*

\*

In Spe Sustinemur.



H C

STUDIEN VON ZEIT UND KUNST  
SIEGBURG FÜRTH IN DER STADT WESSEL  
UND DÖRFLER PFERD, VERWALTUNG  
SCHULEN UND GEWERBE 1830  
SIEGBURG 1830





Ab 3782 Ch

nc

**ULB Halle**  
004 808 401

3



VO17



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-26442-p0028-4

DFG

h326 20.

F

